

Friedrich I. beschützt auf Verwenden des Kanzlers Reinald und auf Bitten des Abtes Rufin das Kloster als ein reichsunmittelbares; gestattet freie Wahl des Abtes, dessen Weihe keinem bestimmten Bischofe zukommt; bestätigt die zum Theil genannten Besitzungen des Klosters; schützt es gegen Verjährung und Abgaben, wahrt aber die kaiserlichen Rechte.

1159 April 17, Castiglione de' Gatti.

In nomine sancte et individue trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus.

Imperialis dignitatis^a sagacitati congruere videtur, domino deo nostro devote famulantium curam propensius gerere^b et, ut in futurum omnipotenti creatori quiete deservire valeant, speciali protectione eos confovendo iuvare. Quapropter noverit eiusdem domini dei ac sacratissimi imperii^c nostri fidelium tam futurorum quam presentium solers industria, qualiter nos pro divino amore¹ atque anime nostre remedio, interventu quoque Raynaldi, dilecti cancellarii nostri, ac petitione Rufini, venerabilis Fructuariensis abbatis, ipsum monasterium, in honorem beatissime dei genitricis^d Marie sanctorumque martirum Benigni et Tiburtii edificatum cum omnibus personis inibi presentialiter deo famulantibus aut futuro tempore servituris et cum universis possessionibus suis cunctisque rebus mobilibus seu immobilibus, quecumque, recte dum, iuste et legaliter possedit, liberalitate regum aut imperatorum^e, largitate pontificum, donatione principum vel oblatione quorumlibet fidelium aut aliis iustis modis obtinet seu deinceps adipisci poterit, in imperialis tuitionis protectionem^f perpetuo recepimus, ea videlicet ratione, ut idem cenobium omnium hominum remota contradictione sit liberum nulliusque mortalium^g potestati subiectum, sed imperialis mundiburdii ac specialis^h nostre defensionis sitⁱ munimine constitutum; liceatque monacis pretaxati monasterii, cum venerabilis abbas Rufinus, qui nunc preesse videtur, ab hac vita decesserit, quemcunque voluerint^k inter se rationabiliter eligere et eundem a quocumque catholico^l episcopo ipsis placeat ordina-

a) diligentie 3; diligentia 1. 2. b) genere 1. 2. 3. c) sũc ...
... nostri 3; sanctissimi imperatoris 1. 2. d) genitricis mar-
tirum 3. e) imperator pontificum 3; imperator donata
1. 2. f) poterit imperiali tuitione protectionis 3; poterit imp. tuitione
protectione 1. 2. g) nulliusque mortal subitum 3; nullusque
potestati subiectum mortalium 1. 2. h) spiritalis 1. 2. 3. i) sit fehlt 3.
k) quecumque voluerint 1. 2. 3. l) catol nacionem recipere 3;
catholico episcopo ipsis presentari aut ordinari occupari 1. 2.

1) Danach berichtige man den Unsinn im Drucke Stumpfs: *ex divino munere animaeque nostrae remedio.*